

etiam templum & habitatio sit Christi  
ac Spiritus S. Ad hoc enim illi<sup>9</sup> cor di-  
vinit<sup>9</sup> per fidem est mundatū, ut Chri-  
stus in ipso vivat & regnet, illius dico  
charitas, humilitas & mansuetudo. Ad  
hoc item datus est illi à Christo Spiri-  
tus sanctus, ut largiatur ipsi cor novū,  
hilare, alacre, & spontaneum, ad faci-  
endum quæ Deo grata & accepta sunt  
sponte & ex libertate Spiritus. Quæ  
noya sancta<sup>q</sup>; obedientia non ex lege  
vel mandato, sed ex viva fide oritur; ut  
rectè dictum sit, *justo non esse legem pos-  
tam*, puta compulsoriam & serviliter  
coercentem, utcunq; præclara regula  
sit vitæ Christianæ. Vera enim & viva  
*Viva fi-  
des pro-  
prietatis*  
fides facit omnia sponte & ultro, reno-  
vat hominem, repurgat cor, amat pro-  
ximum cum gaudio, sperat & spectat  
futura, orat, laudat, cōfitetur, & timet  
Deum; patiēs est, humilis, misericors,  
amabilis, mansueta, placabilis, compa-  
tiēs, pacifica, cōdonat facile offensos?  
esurit ac sitit justitiam, apprehendit  
Deum cū omni sua gratia, & Christum  
cū toto suo merito & remissione pec-  
catorum. Quos Spiritus S. fructus &  
Christum per fidem inhabitantē quis-  
quis in se non experitur, ei sane restat

Deo